



Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

Baluze, Etienne

Parisiis, 1678

Illvstrissimo Viro D. D. Ioanni Baptistae Colbert ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14688

A D O M I N I



ILLVSTRISSIMO VIRO D. D.
IOANNI BAPTISTÆ
COLBERT

REGI AB INTIMIS CONSILIIS
& secretioribus mandatis, Generaliæra-
rij moderatori, summo regiorum ædi-
ficiorum Præfecto, regiorum ordinum
Quæstori, Marchioni de Seignelay, Ba-
roni de Seaux, &c.

PRIMUM hunc
miscellaneorum meo-
rum librum cur tibi
dicatum esse volue-
rim, VIR ILLVS-
TRISSIME, non obscuræ profectò
ā ij

EPISTOLA.

neque leves causæ sunt. Nam primò quantum tibi in universum debeant studia literarum, quantum mea privatim, quibus fo- vendis alendisque auctoritatem gratiāmque tuam ita impendis ut desiderari præterea nihil à me possit in hac quidem parte, nemo hodie est qui non satis intelligat. Accedit ad hæc, quòd cùm liber ille pro maxima sui parte compo- situs sit ex antiquis libris bibliothecæ tuae, aequum sane videtur ut ad eum revertatur ex cuius fundo prodijt, & absque cuius auxilio non exisset in lucem, cuius demum favore fultus volitabit non inglorius per ora hominum eruditorum. Scio illos mihi mag- nam gratiam habituros quòd è tenebris excita verim illustria hæc veteris ævi monumenta, ex qui-

EPISTOLA.

bus annales Ecclesie universae ac
etiam Gallicanae plurimum poten-
runt illustrari. Sed oportet illos tibi
potius gratias referre, ILLV S-
TRISSIME DOMINE, qui
vetustos codices ex quibus illa
eduntur summa cura magnisque
sumptibus collegisti in publicam
studiorum ac studiosorum utilita-
tem, eosque cum viris doctis com-
municari jubes, Et si quis non in-
vitus hac monumenta emitte in
publicum, satis amplam tibi tot
laborum ac sumptuum mercedem
retribui ratus quod codices illi sub-
ministrent unde Ecclesie Christi Et
regno isti Christianissimo ac floren-
tissimo aliquid accedat utilitatis
Et gloriae. Jure itaque ac meri-
to tibi dicatur hic praesens liber,
ILLV STRISSIME DOMINE,
tum quia in domo tua conceptus

ā iij

EPISTOLA.

Si formatus est, tum etiam quia
a me editus, qui quantum tibi de-
beam, summis tuis beneficijs or-
natus, facilius intelligi quam ex-
planari datur. Deus optimus ma-
ximus te diu servet incolumem
Ecclesiae, reipublicae, literis, ut lon-
gos per annos supervivas gloriae
quam tot tua illustria facta. Si li-
terarum amor tibi pepererunt.

Lutetiæ Parisiorum
xv. Kal. Decembr.
M D C L X X V I I I .

STEPH. BALVZIVS.